

principalem (juxta c. ut debitus honor, de appell. & ea quæ concessimus 2. p. c. 17.) ac prævio concursu digniorem elegit, illique fecit collationem, ac poterit ille suam sententiam exequens, mittere electum in possessionem non obstante appellacione, ab ea per aliquem ex aliis oppositoribus interjecta.

32 Et idem sit, quando facta concursu, electione, & collatione alicui Parochiali, illum tamen minimè misit in possessionem, seu suspendit aliqua sibi bene visa justa causa, vel ea mediante appellatum fuit, & appellacioni derulit; posteaquam Metropolitanus de appellacionis causa cognoscens revocata hac priori collatione; in possessionem potest mittere aliquem, & ad executionem procedere, quando prima collatio, & sententia effectum non est sortita, nec executioni mandata, sed imò Parochialis vacans sit, & sine pastore proprio secundum Hieron. Gonzal. ubi proximè.

Hoc ultimum dictum Gonzal. intelligitur, ut procedat specialiter in casu, de quo loquitur tantum, nempe quando Ecclesia curata vacans est, & prima provisio nondum executata, revocata fuit per secundum iudicem appellacionis ex speciali ratione, quæ in eo viget, 33 nam favor executionis non conceditur provisio, nec propter provisum, sed vacatione Ecclesiæ, & propter Ecclesiam, & sic quocumque vadat vacans; replenda est Rector, qui tunc reperitur provisus, juxta ea quæ latè adduximus infra hac 3. p. in cap. 1. de devolutione à princ. & præcipue à vers. rursus quoniam, &c. Et mox dicenda, & ita communiter practicatur in tribunali- 34 bus, ad quæ processus per viam violentiæ trahitur, at verò in aliis casibus in quibus privilegium hoc exequendæ sententiæ concessum est personis, & propter personas tantum, prout in alimentis, possessoribus, & creditoribus, & similibus, præfata doctrina admittenda non est. Nam si prima sententia pro eis lata est, & non fuit executata, sed passiva est tacite, causam tractari in gradu appellacionis, ubi revocata fuit prima: jam non poterit exequi, quia reperitur revocata, nec secunda exequatur, quia ejus in cuius favorem fertur, non est privilegiatus, nec in hac secunda viget, aut durat privilegium primæ, sicut in parochiali vacante, ita loquendo in alimentis probat Joannes Baptista Pontanus in tract. de alimentis cap. 19. in fin. nu. 7. Sequitur Gratianus in decis. 74. numero 8. ubi per te vide, & quæ nos in fin. hujus capituli.

Et ita hæc opinio, & resolutio de qua num. 31. & 32. & verissima est, satis ab stylo supremorum tribunalium approbata, quoties ab ea occurritur per viam violentiæ pro delatione appellacionis, ab hujusmodi 35 secunda sententia revocatoria primæ: vim non fieri declaratur, imò iudicis causa iterum remittitur exequenda, namque iudex appellacionis isto casu dicitur primus iudex, & instantia prima quoad negotium principale, & tanquam primus iudex subrogatur in locum Episcopi, jure illius ut debet, l. sicum §. injuriarum. ff. si quis cautio, Tiraq. de retract. lignag. c. 32. gloss. 1. à n. 10. usque ad 28. Anton. Gabriel. tit. de regul. jur. concl. 2. & militat eadem exequendi ratio, idem favor, & idem privilegium in ista secunda sententia, quæ consideratur in prima à jure & ejus respectu adhuc durat causa 37 prohibitiva, ex quo nullus dejicitur de possessione, & sententia lata in favorem creditoris, hoc privilegium habentis, & nulla præcessit executio, quæ extinguat privilegium nec effectum vitæ executivæ, ex his quæ Bart. in l. à Divo Pio, §. si post additum pignus n. 1. & ibi Ill. num. 1. & 2. & ceteri etiam, ff. de re judicata. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 4. p. §. 16. n. 20. & 21. 38 Joseph. Eudo. decis. 11. num. 9. cum seqq. ideo ad superiorem transit cum sua qualitate, & sua causa devolvitur, & oneribus requisitis in sui principio, & sua natura, ita Felin. in cap. cum accessissent n. 18. de constitut. Lambert. de jure patron. 3. p. 2. lib. 2. l. q. 7. Serva de benef. 3. p.

q. 49. Rebuff. in praxi tit. devolutio à n. 49. Corrafius 4. p. c. 4. num. 16. Ferreus cons. 211. n. 2. Joan. Gutier. cons. 1. n. 31. Cavedo dec. 52. n. 4. & de patron. Regiæ Cotone c. 28. num. 3. & 4. Azor. lib. 6. c. 27. q. 8. noster Perez de Lara de univers. & Capell. lib. 2. c. 10. n. 27. Nicol. Garcia de benef. 2. tom. 10. p. c. 3. num. 42. & ut bene considerat Parlador. ubi superius d. §. 15. num. 8. nihil interest, an sententia additionis executionem sui natura deside- 39 rans lata sit à primo, an à secundo iudice appellacionis, l. postquam §. Imperator, ff. ut legator nomin. cavea. Bart. in l. 3. §. 1. n. 5. ff. de duobus reis, Abb. in c. cum Joan. n. 17. de fide instrum. Imol. in l. amplicius, §. si ff. de damno infecto. Iudex etiam appellacionis succedit in locum prioris iudicis, Capicinus decis. 86. num. 19. & quia cum iudex appellacionis succedat primo iudici, ita ut omnia quæ primus iudex facere potuit, ipse pariter potest, & debet. Rota 19. de re jud. in novis Put. dec. 184. incipit 41 Joan. Solano n. 5. lib. 3.

Ac propterea quando causa est summaria in prima 42 instantia, pariter etiam in secunda erit summaria. Puteus dec. 421. num. 2. & decis. 434. num. 3. lib. 2. & ideo quando clausula quod summarie procedatur, vel alia similis fuit appositæ in commissione primæ instantiæ, semper durat, & censetur repetita in commissionibus aliarum instantiarum, quamvis expressa non sit, Cassiad. decis. 8. nu. 1. & 6. de rescript. Rota dec. 43. n. 2. divers. & dec. 321. n. 1. p. 1. divers.

Illud quod superius diximus, à denegata additionis 44 sententia, puta à declaratione locum non esse executioni instrumenti guarentigati; appellacioni per creditorem emittæ esse omnino deferendum, & in secunda instantia ipsa sententia revocata alia fertur contraria, & revocatoria, locum scilicet esse executioni petitiæ, hancque secundam executionem mereri, non obstante appellacione: est omnino limitandum; ut non procedat, nec habeat locum, quando prima sententia vulneravit instrumentum executivum, declarando, id esse falsum, vel usurarium, aut ex alio quolibet capite nullum, quia ratione hujus vulnerationis semper cessat via executiva, donec pro ea sint probatæ tres sententiæ conformes, Rota dec. 132. num. 1. p. 2. divers. & probat optimè Hieronym. Gonzal. de alterna. gloss. 6. n. 202. & ibi ita decisum fuisse in Rota anno 1599. testatur, idem affirmat latè Gratian. in discept. forens. 1. tom. cap. 103. numero 10. & 11. plures decisiones Rotæ allegans, tenet etiam Rota dec. 123. agens n. 11. in fin. p. 2. divers. Marquell. de commiss. 1. p. de commiss. app. à camer. oblig. c. 19. nu. 19. fol. 169. in secunda impressione, quem referens sequitur Scaccia de app. q. 17. lim. 9. sub n. 58. vers. subextende eandem extensionem. Ac ideo quamvis in commissione appellacionis à sententia lata vigore instrumenti executi, seu literarum Apostolicarum pensionis, & similitium, soleat apponi clausula (sine præjudicio executionis) vel (sine retardatione solutionis pensionis, 45 vel census) ut supra dixi latè in c. 3. de pensione; tamen si ipsa executio fuit per sententiam vulnerata, absque dicta clausula signatur commissio, sed simpliciter, secundum Marquell. de commiss. 2. p. tit. de commiss. appell. c. 4. n. 59.

Sed est intelligendum, ut procedat, & habeat lo- 46 cum, quando ipsa executio denegata fuit per iudicem à quo ex alia causa, non concernente vires instrumenti; ut pote, quia apparet de solutione, cum revera non constaret, vel quia non fuit actoris persona legitima, seu processus bene fulminatus, ac substantiatus non erat, ut optimè distinxit decis. 132. & Gonzal. ubi proximè num. 235. cum seqq. & Gratianus, d. decis. 103. à n. 47. 6. cum seqq. & sentit etiam Parlador. in d. cap. fin. 5. p. §. 15. in fin. dum dicit, quod tunc solent iudices executionem irritantes, integrum jus creditori reservare, & tunc cautius, & circumspicius erit, ad difficultates evitandas stante tali reservatione, potius ex integro executio-

executionem repetere, quàm ad appellacionis remedium confugere.

48 Circa inspectionem autem tertiæ nostri capituli instantiæ: an scilicet, à secunda sententia revocatoria primæ privilegiatæ, & executioni traditæ jam; appellacioni emittæ per actorem, in cuius favorem prima lata erat, si non deferatur à iudice; & ad ulteriorem executionem secundæ procedente (non obstante appellacione) vim faciet; quæ quæstio semper difficilis, & celebris reputata est, cui uno verbo respondeo, amplectens partem affirmativam, nempe vim fieri manifestam tali appellacioni non deferendo; pro quo facit Parladorii sententia communiter recepta lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 15. num. 4. (qui in viis executivis hanc insurgit quæstionem) in qua & ille concludit, quod si debitor, adversus quem executio, & bonorum additio facta est cum effectu, appellaverit, & in secunda instantia sententiam revocatoriam primæ reportaverit, quod si actor, in cuius favorem prima facta est, provocaverit ab hac secunda revocatoria, quod sit deferendum omnino hujusmodi appellacioni, non autem exequenda est ea pendente, hæc secunda; pro quo facit l. 4. tit. 21. lib. 4. recopilacionis, ibi, y si la sententia fuere revocada por el presidente y oidores, que de la tal sententia revocatoria se pueda supplicar para ante ellos mismos, que dando en su fuerza la execucion, hasta que se de sententia revisita, &c.

49 Cui convenit, quod in terminis dicit Afflict. decis. Neapol. 358. nu. 8. etiam in eisdem terminis executionis rei iudicatæ, seu obligationis Cameralis (nullo tamen Doctore citato) tenet Scaccia de app. q. 17. lim. 9. n. 58. reddens rationem differentiæ, quia sententia qua fuit condemnatus reus, nitetur obligationi, seu instrumento, habenti executionem paratam; à sententia secunda, qua condemnatur actor, illi non nititur, sed 50 imò illi repugnat: Quod & etiam confirmatur. Etenim si à negativa sententia, lata contra actorem agentem privilegiata via, ei licet appellare quoad utrumque effectum, secundam ea quæ à prin. hujus capituli diximus; ergo idem erit dicendum, & illi permittendum in hac secunda, cum virtualiter sit negativa, dum ea absolvit reum, & mandat restitui solutum, quia virtualiter declarat, reum non esse obligatum, ergo ab hac negativa pariter actori licet appellare suspensivè, hanc etiam considerationem reperio, fecisse in proposito Scacc. ubi proximè d. n. 58. vers. confirmatur hæc extensio, de qua ratione vide etiam per Rotam infra nu. 84. quem latius comprobato.

51 Sabdit tamen Parlador. ubi supra n. 6. si prima sententia additionis, à qua fuit provocatum, manifestè iniqua fuerit, nullæ: iustissimè facere eum qui de appellacione cognoscat, si neglecta ea, à se datam exequatur, quod in supremis tribunalibus admittam libentissimè; quando ita notoriè denegant calumniosam injuriam, & ex obruto processu fuisse, ab inferiore, & attentatè, non tamen aliàs nec alio modo, nec in aliis iudicibus inferioribus, de appellacione cognoscen- 52 tibus, ut contra ipsum Parlad. bene advertit Hier. Gonz. in loco proximè citando num. 219. loquendo in provisione beneficii curati.

Qui hæc partem postquam egregiè disputavit, & hinc inde plurima, & ad propositum nonnulla fundamenta, & doctrina conduxit; libentissimè fuit amplexus, ubi dicit quod possessor Parochialis, qui virtute collationis, seu sententiæ in ejus favorem latæ, missus est per ordinarium in possessionem beneficii, ac facta executione ejus remota appellacione juxta dispositionem Concilii Trid. sess. 24. de reform. c. 18. quæ collatio, sententia, seu ordinarii iudicium fuit per Metropolitanum revocatum mediante appellacione ab illo per aliquem ex oppositoribus emittæ, & sic lata secunda sententia primæ revocatoria, ut ista secunda sententia 53 Salgado de Protect. Reg.

non est pariformiter executioni demandanda; revocata prima, & possessionis traditione, nec possessor amovendus est ab ea, donec contra eum primus appellans obtineat tres conformes sententias, imò appellacioni per possessorem interjectæ ab hac secunda sententia suæ revocatoria, esse omnino deferendum, suosque haber effectus suspensionis, & devolutionis, etiam si iudex 54 superior declaraverit; primam sententiam esse notoriè injustitiam, & nullam, quia non propterea est à possessione amovendus, donec de dicta nullitate adint tres conformes, ut advertit ipse Gonzal. ubi n. 219. hanc etiam opinionem novissimè amplexus est Rot. Rom. cujus decisionem literaliter referam infra hoc cap. n. 67. quam vide.

Hanc etiam doctrinam Hieron. Gonzal. famosi & diligentissimi, clarique ingenii advocati, secutus est Nicol. Garcia de benef. 1. tom. 9. c. 2. num. 247. ubi dicit: quod iudicium ordinarii in Parochialium provisione exequitur, & possessio traditur provisio, non obstante appellacione, quod & adhuc procedit: ut quamvis contra eum sit lata sententia per iudicem appellacionis, à qua ipse possessor appellavit, nam ista secunda sententia non est executioni demandanda, pendente ab ipsa appellacione quæ habet utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, allegat ad id etiam Joan. Gutier. lib. 1. canon. q. c. 11. n. 25. Gonz. etiam (quem de verbo ad verbum transcriptis sequutus est Covall. in contra comm. opin. q. 897. à n. 262. ubi vi n. fieri dicit; si hujusmodi appellacioni à secunda sententia minimè sit per iudicem delatum.

Et ab hac sententia nec in iudicando, nec in consu- 54 lendo recedendum est, quam stylus universæ Hispaniæ fuit amplexus, & suprema etiam tribunalia adita per viam violentiæ, passi n. ac continuè declarant absque difficultate, vim fieri appellacioni non deferendo, deferrique, & reponi jubent, quando prima sententia ordinarii sortita est effectum, executionique mandata, ac propterea minimè est audiendus Hippolyt. de Marfil. singulari 389. incipit, tu scis quod natura, contrarium dicens, ut scilicet, secundam sententiam revocatoriam primæ executioni mandata, pariter executioni mandandam esse.

Nam postquam sententia, cui privilegium executionis à jure datum est, ac simul prohibitio appellacionis effectum est sortita, & executioni mandata; jam expiravit privilegiatum, quia intelligitur de prima vice, juxta l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. ma. 55 ximè quia duntaxat & limitativè sententiæ pro agente iudicio privilegiato prohibitio attributa est, ut si verius diximus, ac propterea postquam res semel prohibitionem evasit, semper libera remanet, la è Menoch. de arbit. jud. lib. 1. q. 54. à n. 23. cum seqq. Pater §. Quidem libertos, ff. de legat. 3. l. cetera, §. fin. de leg. 1. l. 1. res vero C. de impon. lucr. descript. l. si. C. de remiss. pigno- 56 rum, quæ iura in optimis casibus loquuntur. Et res semel effecta alienabilis, semper remanet alienabilis, Molin. de Hisp. primogeniis lib. 1. c. 10. à n. 7. & item Molin. lib. 4. c. 1. à n. 31. Cassiad. decis. 8. n. 1. de rescriptis, Cæsar de Grassis dec. 3. n. fin. & decis. 4. n. 20. de rebus Ecclesiæ non alienandis.

Quia semel alterata natura rei, semper remanet al- 57 terata Alciatus cons. 19. n. 8. lib. 2. Ut illis in addit. ad Afflictum decis. 338. sub n. 6. vers. item alia ratione, & ita res quæ semel exivit de trunco, & de familia, non 58 dicitur amplius esse de trunco, nec retractui locus erit, Anton. Gomez in l. 50. Tauri num. 34. in fin. & in l. 7. n. 24. Tiraquel. latè de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 119. ubi plures similes concessit. Joan. Gutier. consil. 21. ex n. 16. & hinc etiam est, ut causa semel facta ordinaria, & appellabilis, semper remaneat ordinaria, & appellabilis. Rota decis. 132. n. 1. p. 1. divers. Pontan. de alim. c. 19. n. 7. & seqq. & ex Lancelot. ita etiam dicit 59 H h Gonzal.

- 60 Gonz. ubi supra n. 191. ubi n. sequenti dicit, quod non est locus executioni, nec penitentia, quando ille qui potuit agere via executiva, cepit agere via ordinaria, testaturque ita pluries fuisse constanter tantum per Rotam (resecta opinione contraria,) & pro hac facit Casar de Grass. dec. 2. n. 2. & 3. de sent. excomm. Lancelot. de atten. 2. p. 4. lim. 30. ex n. 9. Parl. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 5. p. 11. n. 20. Rot. dec. 511. n. 5. lib. 3. diversorum, nos latius pluribus citatis Doctoribus diximus 2. part. c. 13. n. 110. & sursum.
- 61 Facit etiam pro hac parte text. in cle. 1. de sequest. poss. & fruct. dum dicit quod data prima sententia in curia contra possessorem beneficii apponatur sequester. Tamen licet postea pronuntietur alia sententia favorabilis possessori, revocatoria primae, non propterea removetur sequester, vigore primae sententiae oppositum. Puteus dec. 133. n. 1. & dec. 305. n. 2. lib. 1.
- 62 Et pro ea facit etiam expressè constitutio Pii V. 32. in conferendis, dum prohibens appellationem suspensivam à iudicio ordinarii, & possessionis traditione in parochialibus, subdit ista verba: (Hæc tamen appellatio interposita interim non impediatur, aut suspendatur, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debita executioni mandetur; & provisus ab Ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente, non amoveatur, &c.) quia causa appellationis pendens dicitur tam in secunda instantia, in tertiave vel ulterioribus etiam instantiis, ut interim non sit amovendus possessor, donec & appellantis contra eum tres sint lata conformes, ubi bene comprobatur, & interpretatus fuit Gonz. ubi supra num. 216. cum seqq. & facit etiam quod dicit ipsa constitutio, quod si quis ab ipsa sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem Apostolicam appellabit, quia intelligitur quoad utrumque effectum, ut hucusque diximus, nam quando in prohibitis appellationis lex permittit; in aliquo casu, appellari intelligitur quoad utrumque effectum. De quo infra n. 69. & seqq. & facit in terminis Rotæ decisio, quam literaliter adduxi infra n. 67. quæ hanc doctrinam pluribus comprobatur fundamentis.
- 63 Ac ita etiam facit communis Romanæ Curie stylus de quo testatur diligentissimus Hieron. Gonz. in d. regul. de men. d. gl. 6. nu. 208. ubi dicit, quod postquam auditor Cameræ, vel alius inferior pronuntiat sententiam super executione alicujus instrumenti Cameralis, aut brevis, seu literarum Apostolicarum, ac dictam sententiam exequitur; etiam si appellationis causa committatur in Rotam, ac iudex appellationis, quod à primò iudice factum est, injustum, irritumque pronuntiet, non propterea suam revocatoriam sententiam appellatione non obstante mandat executioni: sed potius desert ipsi appellationi, & donec sint tres sententiæ conformes, ac literæ executoriales relaxentur; in omnibus superfedetur, & idem esse testatur, quando appellatur ab irrationabili iudicio, & electione ordinarii in provisione Parochialium, quæ quidem sunt intelligenda in omnibus aliis causis, & iudiciis sui natura privilegiatis, seu aliis appellationem prohibentibus.
- 64 Illud tamen, quod superius diximus circa secundam sententiam revocatoriam executionis vigore instrumenti garantigati, aut cameralis, ut appellatio ab ea utrumque habeat effectum; intellige ita in casu de quo loquimur scilicet in secunda sententia primæ revocatoria. At quando in prima sententia executionis declaravit primus iudex, additioni locum non esse, reumque absolvat, & actor tanquam malè executionem petere fuisset condemnatus expensis, earum respectu hæc prima sententia executioni mandanda erit, non obstante appellatione à creditore interposita, ut eleganter docuit per plura Hyppolitus de Marfil. sing. 389. Azeved. in l. fin. n. 41. tit. 2. lib. 4. recipi. Bald.
- Novel. de dote 5. part. privileg. 2. n. 12. Parladot lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. 5. n. 14. Joan. Gutier. q. pract. quest. 119. lib. 1. qui quidem Doctores plura adducunt in propositum, & probationem, & ita potes superiorem doctrinam, circa executionis materiam limitare.
- Ultimo autem locum ultra præfatas tres instantias huius capituli appositus, illud elegans erit considerandum, & quarta, ut scilicet; quando nulla revocatoria fertur sententia, sed quia prima lata fuit pro actore agente aliqua privilegiata via, ut in alimentis, possessoris, creditore executionem petente, & similibus, sed is, in cuius favorem lata fuit, ejus executionem petere omisit, & tacite passus est negotium tractari, & sequi in secunda instantia, si in ea alia secunda sententia lata fuit, confirmatoria primæ; poterit rectè petere executionem ejusdem, etiam in secunda instantia; & non obstante appellatione ab ea emissa, imò nec expectata tertia sententia, executioni mandanda erit, ita loquendo in possessorio probat Casar Contard. in l. unic. C. ff. de mom. p. ff. in q. 4. n. 8. fol. 638. & q. 13. n. 106. fol. 572. ubi dicit, ita fuisse decisum in Rot. per Vestam. dec. 211. alias unica, de Regid. & probat. lib. 2. latissime profequitur, & comprobatur videndum Grat. dec. 74. per totam, quia illo casu causa non efficitur appellabilis, nec renunciare censetur ejus privilegio. Secus è converso, quando prima sententia nondum executata, in secunda instantia revocata fuit, quo casu prima non exequitur in secunda instantia, & gradus appellationis, ea obstante, ita ex eodem Gratiano, & Pontano, dixi superius ad secundam capituli instantiam, vers. hoc tamen ultimum dictum n. 33. ubi hanc doctrinam non procedere, dixi in parochiali vacante ob specialitatem rationis, quæ adhuc durat in secunda instantia revocatoria primæ nondum executæ.
- Circa ea quæ supra diximus à nu. 25. circa secundam sententiam revocatoriam primæ latæ ab ordinario in provisione parochialis, & ut privilegiatæ executioni mandata ut non debeat exequi appellatione pendente, nec possessor parochialis interim amovendus, annotandam esse censui Rotæ Romanæ decisionem, novissimè hanc opinionem amplectentem, in una Barchinon. Paroch. Vener. 29. Novemb. 1613. coram Buratto, quam refert, & de ea testatur Prosper. Far. tom. 2. 1. p. dec. 537. fol. 98. quæ decisio in hæc verba ait.
- Prævio concursu ad Parochialem S. Stephani Gra. nullorum Barchinon. diocesis de mense Augusti anni præteriti vacante, electus fuit ab ordinario Balthasar Mir, & ad sanctissimum D.N. pro collatione obtinenda remissus. Cùm verò Franciscus Domenech, à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconensem provocasset, prævio novo examine fuit electio primi iudicis revocata, & ipse habilis declaratus, Mir verò inhabilis, à qua pronuntiatione Mir appellavit: & cùm notaret ejus supplicationem licet post Metropolitanam sententiam signatam expediti, Domenech verò aliam per eum porrectam ad sui favorem signari vigore literarum Metropolitanæ, R.D. Datarius transmisit ad me dubium in Rota proponendum, an esset relaxanda supplicatio signata ad favorem Balthasaris, vel potius signanda porrecta per Franciscum, quod resolutum fuit pro Balthasare.
- Nam supplicationem Francisci non esse signandam, Domini dixerunt, quia cùm à sententia Metropolitanæ Tarraconensi, sit expressè concessa appellatio ex constitutione felic. recordat. Pii V. super collatione Parochialium edita in versic. & si quis à sententia. quæ intelligitur tam quoad effectum devolutivum, quàm suspensivum, Gratian. conf. ult. nu. 16. & 17. lib. 2. Paris. conf. 28. n. 22. & seq. lib. 4. Rota dec. 330. n. 4. p. 2. in novis. cùm tamen sufficeret illam non prohiberi ad hoc, ut diceretur permilla, can. omnis, can. ad Roman. 2. quest.

- quest. 6. l. & in majoribus, & ibi gl. C. de app. gl. vulg. in l. qui restituere, ff. de rei vindic. sequitur ex pendente nihil innovari posse, c. venientes 19. de jurejur. c. pastor. 28. præterea vers. nos autem, de off. deleg. rot. tit. nihil nov. app. interp.
- 70 Et si Bulla voluisset tollere appellationem suspensivam à sententia Metropolitanæ, id expressisset, prout fecit in appellatione ab electione ordinarii in vers. hæc tamen appellatio, ad text. in l. unic. §. sin. autem ad deficientis C. de caduc. tollend. Nec sufficiunt illa verba: Constituto de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque revocato Parochialis per eundem iudicem appellationis conferatur, seu conferenda remittatur: de quibus in vers. ut autem, quia clausula (constitito) non refertur ad cognitionem & revocationem faciendam à Metropolitanæ, nec illi dirigitur, unde intrat conclusio, non posse dici, constare de irrationabili iudicio, nisi per rem judicatam, Regid. dec. 103. Rota dec. 79. nu. 7. & 6. p. 2. divers. facit text. in l. fuit ubi gloss. vers. inter famosas, & Doctor. ff. de his qui not. infam.
- 72 Sicuti licet dicatur constare de non jure agentis, & de dominio rei conventi, ad excludendum spoliū per sententiam in petitorio, ut post Angel. Immol. Alex. Socin. & Ill. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commue. n. 35. & 36. ff. de acquir. poss. qui de communi Afflict. dec. 303. nu. 1. Casar de Grass. dec. 141. alias 1. nu. 7. de locat. tamen hoc non procedit, nisi ubi illa transivit in iudicatum, quia tunc solum dicitur constare de non jure actoris, & jure rei conventi. Berouis in cap. literis nu. 4. vers. 2. quia de rest. spol. Immol. in l. 1. nu. 8. ff. de novi oper. nu. 1. Ill. concil. 9. nu. 1. vers. item cum lib. 3. Rot. coram Robusterio in Casar Augustan. Paroch. 16. Januarii, 1589.
- 73 Unde facultas Metropolitanæ concessa, conferendi, vel remittendi pro institutione post rem judicatam, est intelligenda, ne tollatur appellatio permilla ex eadem constitutione juxta not. per Cyn. Angel. & Salicet. in l. ita nobis C. ad l. Jul. de adul. & ne contrarietas in eadem in constitutione inducatur, Abb. in cap. gratum, n. 2. & in c. super questionem, in 3. not. de off. deleg. ita ut operetur Metropolitanum uti Sedis Apostolicæ delegatum exequi posse suam sententiam revocatoriam electionis ordinarii in iudicatum transactam, cùm aliis executio spectaret ad iudicem qui ultimam sententiam ferret. Bart. in l. à Divo Pio n. 15. vers. quæro, & revoco, ff. de re jud. in l. precipimus, §. officii nu. 1. in 2. vol. & n. 2. C. de app. quem omnes sequuntur Franch. in c. Rom. §. fin. n. 3. 1. vers. quando sententia diffinitiva de app. & sufficere debet, constitutionem hoc operari contra jus Commune, licet possit etiam aliud: Gratia conf. 13. n. 43. lib. 2. Gonsal. conf. 19. n. 5.
- 74 Eò magis quia si aliter intelligeretur, resultaret hoc absurdum executiones, & immisiones juxta varietatem sententiarum variari debere, modo pro electo ab ordinario, modo pro electo, à Metropolitanæ, seu iudice appellationis, & ideo intellectus iste vitandus est, l. Salvius Aristo, ff. de leg. præst. Rot. dec. 70. nu. 5. p. 2. diversorum.
- 75 Nec inconvenit appellationem suspensivam esse denegatam ab electione ordinarii, & tamen concessam à sententia Metropolitanæ, seu iudicis appellationis revocatoria; cùm electio ordinarii celeritatem desideret, & sic vigeat ratio tollendæ appellationis suspensivæ, l. ff. de app. recip. l. quisquis, C. quorum app. non recip. c. fin. 2. q. 6. quod non est sententia revocatoria Metropolitanæ, sicuti ratione celeritatis non datur appellatio ab immisione hæredis scripti. d. l. fin. ff. de appell. recip. d. l. quisquis, ubi Bartol. Bald. Salicet. & Castr. C. quorum appell. gl. in l. fin. in ver. missus & ibi Bartol. nu. 21. C. de edito divi Adrian. tollen. & tamen datur, quando iudex pronuntiat denegando immisionem; juxta opinionem Angel. d. l. quisquis nu. 3. quam se in sacris Salgado de Protect. Reg.
- Audientis practicasse testatur Jacob de S. Georg. dist. 1. fin. nu. 56. C. de edito divi Adrian. tollen. ubi Zuchard. nu. 433. cum aliis Menoch. rem. 4. de adipiscen. poss. quest. 100. nu. 876. Lancel. de autent. p. 3. cap. 28. n. 89. Sard. de alimen. 8. privileg. 6. nu. 26. in fin. & 27. quia scilicet, cessat ratio celeritatis: Menoch. ubi supra, versic. ea est ratio, & eadem ratione fit eadem distinctio in sententia super alimentis, & tradita per Sard. d. privileg. 66. nu. 10. 25. & 33. versic. ideo non est curandum.
- Supplicationem Balthasaris relaxandam dixerunt, 78 moti ex de constitutione versic. hæc tamen appellatio, cujus verba clarissima & præcisa sunt quod appellatio interposita ab electione Ordinarii, interim non impediatur, aut suspendatur quominus electio per illum facta debita demandetur executioni, & ulterius quod iudex provisus ab eadem Ecclesia causa huiusmodi appellationis pendente non amoveatur, non est itaque ulterius querendum l. Gallus §. si ejus, ubi no. Bald. in 2. not. ff. de liber. & posthum.
- Non obstat, quod constitutio loquatur pendente, causa appellationis ab electione Ordinarii, ibi, hæc tamen appellatio, & ibi, causa huiusmodi appellationis pendente, idedque secus dicendum videbatur ea finita prout est per sententiam l. 1. versic. recepta autem appell. ff. nihil nov. app. interp. vel casus iste dicatur omittus & sic in juris communis dispositione relictus, ad vulgat. l. commodissime, ubi Bart. ff. de lib. & posthum. prout ita constitutionem intellexisse videtur Rot. in causa Der-tucen. Parochialis coram bonæ memoriæ Gispio, 30. Martii 1584. nam Domini respiciendum esse magis dixerunt mentem constitutionis quam verba, cùm ex lege veniat quod sumitur ex mente, l. nominis, & rei §. verbum, & ibi Alciat. ff. de verb. signif. l. cum mulier, la. 1. ff. solut. matrimonio Bart. in l. contra in princ. ff. de leg. quæ est verbis præferenda, l. non dubium C. de leg. Bart. in d. l. contra n. 1. etiam ubi est illis contraria Dyn. in c. fin. de regul. jur. in 6. Oldra. conf. 103. n. 5.
- Ratio autem, ob quam Summus Pontifex sustulit 80 suspensionem executionis electionis Ordinarii, duplex reddi potest una secundum informantes pro Balthasare, ne Parochiales dicit in suspensio maneat in maximum animarum periculum, de qua de versiculo insuper, quæ licet videatur apposta in capite distincto, negari tamen non potest huic etiam convenire; ratio enim generalis reddit totam legem generalem, l. regula §. cum quis, ubi Bartol. in 2. not. ff. de jur. & facti ignor. & in quacunque parte sit, regulat totam dispositionem. Joan. de Anan. conf. 4. nu. 2. quæ ratio diutina vacationis tollendæ fuit maximè præ oculis habita, dum voluit Summus Pontifex concursum & alia juxta formam præscriptam ab Ordinario infra sex menses expediti, alias collationes ad ipsum devolvi, videtur non mirum, si ab electione tanquam celeritatem requirente non detur appellatio suspensiva ex præallegatis.
- Et hæc ratio celeris collationis Parochialium con- 81 sideratur etiam per canones, ut in cap. si apostolica 31. de præben. damnosa enim Ecclesiarum vocatio, c. quam sit, de elect. in 6. Rebuff. in concord. rubr. de collatio §. si quis verò verbo ad alium superiorem versic. nec refragat, & militat etiam lata revocatoria ideo constitutio disponens, non retardi electionem per appellationem, habet locum nedom in prima, sed in qualibet alia appellatione ob hanc rationis identitatem, ne vocatio protollatur. Compolt. in c. 1. col. 2. versic. unde etiam dicimus de elect. in 6. dicens ita servare Innoc. & ibi Arch. col. 3. in fin. vers. propter roc. Joan. Andr. col. 1. n. 4. vers. plus dicit. Germin. col. 2. n. 4. p. 2. med. vers. imo plus. Anchar. sub n. 3. vers. & sic exponas. Franc. sub nu. 5. versic. ad hoc dicens, quod Doctores sequuntur Gloss. in clem. 5. in verb. occasione eodem titulo ubi Card. sub nu. 5. versic. 5. quero, Ancharan. sub nu. 4. Immol. nu. 40. vers. quinimo plus